Locus eſt in Sinarum Regno: ubi deſinet Eclipſis in occaſu Solis.



Colligimus hinc, terminos à quibus verſus Septentrionem incipit videri Eclipſis, eſſe Curlandiam, Livoniam, Sueciam, Nordvvegiam, Iſlandiam. Utinam verò tunc ijs locis docti aliqui Aſtronomi attenderent, Sole per Teleſcopium in papyrum admiſſo, ſine quo medio non facile minimus Solis defectus notari poteſt; ut ita calculi hujus certitudo probari poſſet.

Novilunium proximè ſequens 31 Auguſti, habet Solem diſtantem à nodo gr. 17. 30. circiter. At terminus omnium maximus Eclipſium ſolarium eſt gr. 17. 1. Lunâ perigæa. Iam verò cum ſit proximè apogæa, terminus eſt gr. 15. 9. Minor diſtantiâ iſtâ. Nulla igitur Eclipſis tunc in terris contingere poterit.

QUARTA ECLIPSIS.

Quarta hujus Anni Eclipſis, quam ſolam nos videbimus in Germania, in Luna continget die 16. Auguſti.

Tempus H. 8. 18. 23. *p. m. æquale.*

Anomalia Lunæ	4. 21. 52. 39.
Æquatio	3. 13. 17. *ſub.*
An. coæquata	4. 18. 39. 22.
Apogæum	6. 5. 2. 17.
☽ *ab æquinoctio*	10. 23. 40. 39.
☉ *ab apogæo* ☽	. 10. 19.

[*Arcus inter puncta Aphelij & oppoſitionis* Gr. 2. 8.
Variatio in oppoſitionis puncto, ſequente aphelium M. 2. 5. Add.]

Ergo ☽ *in*	23. 42. 44.
☊ *in*	20. 51. 0.
Diſt: ☉ *à nodo*	2. 52.
Reductio	47.
Mediũ umbræ reqſitũ.	23. 43. 31
At centrum ☉ *in*	23. 43. 45.
Differentia	14.

Tempus ergò correctũ H. 8. 19. 0.
Æquatio (mihi ex tribus cauſis compoſita) eſt hoc die 19. 53. *add: qbus dies ab apogæo Solis hucusq; exacti, ſunt longiores mediocribus ex mea ſententia. Forma communi,* 3. 45. *Add: Tychoni* 9. 26. *Add: Eos igitur ſubtraho ab æqualibus aſſumptis temporibus, ut fiant apparentia.*

Arcus inter centra	0. 15. 57.
Solis parallaxis.	1. 57.
Lunæ parallaxis.	60. 49.
Summa.	62. 46.
Solis ſemidiameter.	15. 8.
Vmbræ ſemidiam.	47. 38.
Lunæ ſemidiam.	16. 42.
Summæ ſemidd.	1. 4. 20.
Differenti. ſemidd.	30. 56.
Scrupula dimi: durat:	1. 2. 20.
Scrupula dimidiæ moræ.	26. 30.
Horarius ☽ *à* ☉	34. 30.

Tempus dimidiæ durationis.	H. 1. 50. 9.
Tempus dimidiæ moræ in Tenebris	H. 0. 56. 5.

Ergò	Æq	Apparẽti
		Vranib:
Principium incidentiæ	H. 6. 29.	6. 9.
Initium obſcurationis totalis	H. 7. 33.	7. 13.
Medium.	H. 8. 19.	7. 59.
Principium emerſionis.	H. 9. 5.	8. 45.
Finis totius Eclipſis	H. 10. 9.	9. 49.
		Lincij
Durat.	H. 3. 40.	H. 9. 59.
Moratur tota in tenebris.	H. 1. 32.	

Sol occidit Lincij H. 7. 3.

Orietur igitur Luna penes nos, jam deficiẽs majori parte ſui corporis. Qui ſunt ultra tractum à Terra Laboratoris, per oſtia fluvij Maragnon in Braſilia, Occidentem verſus, usq; ad circulũ per Anian & novam Albionem

nem